

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Baptismus a  
cum uariis

Tantum ualet baptismus per hominem contemptibilem, quantum per apostolum datus, ita nec istius nec illius sed Christi cognoscitur. Inuenimus itaque dictum ab apostolis et gloriam meam et euangelium meum et ministerium meum, quamuis utique a Domino inpartitum atque donatum. Baptisma autem meum nemo eorum dixit omnino. Non enim omnes ministrant equaliter et in euangelizando alius alio melius operatur; alius autem alio magis uel minus baptizatus dici non potest, siue ab inferiore siue a maiore baptizetur.

Augustinus de unico baptismo libro V. et ponitur de consecracione distinctione IIII.  
capitulo: Nunc autem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

inferiore] inferiori C